

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

quitur præmium Ego audiuī precessuas, & colligam te
ne videant oculi tui mala, &c. Hæc verba peculiari Dis-
positione illustrata sunt supra in 1 part. huius Promptua-
rii, Clasœ I V. Numero XII. illuc lectorum breuitatis cau-
sa remitto. Vide pag 289.

THEMA XXVII.

Hiob. I. v. 21.

*Nudus egressus sum ex utero matris, nudus reuertar.
Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini be-
nedicatum.*

DISPOSITIO.

D. Chrysostomus patientiam Hiobis suis auditoribus
oppositurus, sic alicubi exclamat: O nobilēm beatamque
animam, & patientiam magnam, nihil sublimius haben-
tem. Profecto dilectissimi, confundor spiritu, conscientia
turbor, in his coronam videntes Job.

Non igitur sine causa Hiobus & pietatis, Job. I. vers. 1.
Ezch. 14. v. 14. & singularis patientiae nomine, Jac. 5. v. 12.
commendatur. Etenim cum is una quasi hora, omnibus
bonis atque opibus, liberisque simul chatissimis, misera-
bilium diuinum ruina oppressis, obrutus fuisset, non tantum
illud equissimo animo tulit, sed etiam insuper Dominum
celebravit atque collaudauit.

Admiranda sane hæc patientia describitur in his ver-
bis, quæ charitati vestra prælegimus, ubi additur: In o-
mnibus his non peccauit Hiobus, neque frustrum quid
contra Deum loquutus est.

Quæ vero tantæ patientiæ causa? cum alioquin in ram-
gravi casu hæc vix cadere possit in hominem. Consolatio
quam Hiobus in promptu habuit, eaque duplex, facit, ut
hunc casum tam patienter tulerit. Hoc itaque executa-
mus, ut non tantum patientiam Hiob audiamus. Iac. 5. v.
10, sed etiam imitari discamus.

I. Con-

Domini
uro. Lue. 1.
ecipere, cito
ver. 21. 2. 3. 4.nojudicio,
& 19. infi-
11.ando audie-
considerato
ocitauimus

d. 15. v. 19. E

tem, coni-
sum 14.stentib[us] mo-
ribus q[uo]d
Sodoma. Et
Videjet. 5. x. 1. 2.et degen mala
ibos illis &
illis aeniori
16. v. 7. & 21.mz cordic.
vestimentis
17. 13.et, cum argu-
tiquibus sens
latantur cuplutibus coadi-
perbit.Job. Nanc
cum

I. Consolatio

Possederat Hiobus magnas diuitias, & regulus aliquis potens in terra Vz erat, ut plerique sentiunt. Dei eius statlichen grossen Stande fuhren.

Dives erat pecoris, quia tum solebant tractare pecuariam. Erant illi 7000 ovium 3000 camelorum, 500 iugaboum, 500 asinæ, & famuli multi.

Astyn die his omnibus bonis exiit opera Satanae, permittente Deo, ut probetip ipsius patientia.

Arabes enim abigunt asinas & boues: occisis famulis, Ignis de celo delapsus absumit oves, & pastores. Chaldei Camlos, occisis seruis, auferunt. Filii pereunt. Hoc nuntiavit Hiobi uno quasi momento.

Quid facit bonus Hiobus? Certe nostrum aliquis dira imprecatus fuisset Chaldaicis & Arabibus, &c.

Et mirum si Deo ipsi pepercissemus, audito tali, & tam multiplici infasto nuntio. Et si bene cecidisset, Satanae id tribuisse mus. Vy hats dann der Teuffel alles hin / so hat ers hin.

At Hiobus sic se solatur. Exutus sum bonis, quid amisi? Nihil. Etenim cum in hunc mundum natus sum nihil intulii. Quod si maxime post posledi diuitias, quid quaeso, profuturae fuissent mihi morituro: quia nudus reuertar in terram. Kar ihs doch nicht mit nemmen. Et si maxime possem auferre, Was wird es mir für ein Freud geben im Grab? Itaque non male mecum agitur. Ich bin so reich / wann ich nichts hab / als da ich bin geboren worden; und so reich als ich sehn werde / wann ich sterbe. Sat habeo igitur, si modo tantum superfit ut vitam sustentare possim.

L. Insignis sane est sententiola, quam à Hiobo mutuarunt Paulus 1. Tim. 6. & Salomon Eccl. 5. Et multum haber in recessu.

Primum enim monet ne nimium inhiemus opibus, & non tantopere appetamus diuitias: cum nudis nobis sit egrediendum. Nota est historia de Saladino Rege Asiae atque

atque multorum regnorum domitore, qui Camisiam
qua mortuus induendus erat, hastæ affixam circumgesta-
ri iussit, quando terre fuerit demandandus, cum hoc
præconio: Saladinus Asia domitor extort triumphis, tot
regnis, &c. plus non aufer fæcum in morte.

Hec potius Christianis essent meditanda. Hinc Pau-
lus, Nihil effectemus. 1. Tim. 6. v. 7. Et Syt. 29. v. 28. Suffi-
cit ad hanc vitam.

Magnus quæstus pietas, 1. Tim. 6. v. 6. Superna potius
quærenda, Phil. 3. vers. 14. Coloss. 1. vers. 1. Theslauri qui
non percunt. Matth. 6. v. 19. & 33.

Deinde docet idem locus. Ne qui diuitias possident
in iis vel confidant, ut Hiob. 31. v. 24 vel glorientur: Psa^l.
49. v. 7. Etenim nihil auferet, Eccle^s. 5. v. 14. nec sequetur
eum gloria, Psa^l. 49. v. 18. Nihil tecum attrullit, neque se-
cum feret Quid igitur iuuat paulisper a pœxile oculis Ec-
cles. 5. v. 10. diuines mortuus non est dicitur Lazaro.

Tertio solatur hæc sententia illos maxime, qui posse-
derunt diuitias, sed illis orbati sunt, ut Hiobus, vel bello,
vel incendio, vel aliis casibus aduersis, ne id ægre ferant:
quia recens nati non plus possederunt, nec moriturū plura
habebunt nec etiam pluribus egebunt. Nudus abibo, ait
Job. Hoc potius agant; ne nudi reperiatur coram
Deo, sed superinduti, 2. Cor. 5. v. 3. Et natura quidem su-
mus nudissimi ratione propriæ iustitiae, Apoc. 3. v. 17. & 16.
v. 1. Ezech. 16 v 7 22.39. Ut pudere nos debeat sicut Ada-
num suæ nuditatis, Gen. 3. v. 10. Quæramus ergo indu-
mentum: sc. Vestem nuptialem, Christum, Matt. 22. v. 12.
qui induit in Baptismo, Gal. 3.

II. Consolatio.

Prior consolatio videtur proprie pertinere ad bona a-
missa, & non simul ad liberos amissos. Hæc vero post
prior ad bona simul & ad liberos pertinet. Dominus dedic-
mi hi oves, boues, asinos, camelos. Dedit etiam filios &
filias Hæc non fuerunt mea, sed Domini, cuius ego eram
ad

ad tempus dispensator. Quod igitur Dominus iam repetit quod suum est, indigne ferre non possum. Quin imo est ut agam ipsi gratias, quod aliquantisper mihi vsum-
fructum suorum donorum censescit. Dic ichen weilein
freud an den Kindern hab gehabt. Quod vero Dominus
illa omnia assumit, und mich klausung vor der Mühle will
überheben/denuo ipsi gratias debeo. Sicutaque nomen il-
lius benedictum.

L o c u s. O felices nos si hæc verba Hieobis possemus
ex corde, (sicut ipse) proloqui, vbi iactura facienda est eo-
rum, quæ nobis sunt charissima.

Tria sunt autem quæ charissima nobis sunt, inter bo-
na corporalia : quibus sine iactura salutis catere possu-
mus. 1. Bona & opes. 2. Coniunctio & liberi. 3. Corpus &
vita. Hæc quælo, cuius sunt ? Dispensatores sumus qui-
dem horum bonorum [1. Pet. 4. v. 10.] at non proprietarii
vel Domini. Dominus est qui facit diutinem & pauperem,
Prou. 22 vers. 2. 1. Sam. 2. vers. 7. Is est qui dat coniugem,
[2. Sam. 1. 2. Ego dedivxores in sinum tuum,] & liberos,
Psal. 127 v. 3. Et Genet. 3. v. 5. Liberti sunt quos mihi Do-
minus dedit, ait Jacobus. Is etiam dedit tibi corpus & a-
nimam, ut vivere possis, Genet. 2. v. 7. Dicendum itaque,
Cupio dissolui, Phil. 1. Sicut vis. Quid igitur murmuras
aut obloqueris Deo, quod puluis reuertitur in terram, ex
qua sumptus est, & spiritus reddit ad Deum, qui dedit eum,
Eccl. 12. v. 7.

Cur indigne fers te priuari vita, quæ tua non est, Syr.
21. v. 14. Cur non vis Deum repetrere quod suum est, cum
liberos aut coniugem tollit; sicut dicit Ezechiel. Ego tol-
lam, Ezech. 24. v. 16. Idem de bonis. An non licet mihi fa-
cere de meo? Matth. 20. v. 15.

Quia potius agis gratias Deo, qui dedit ut potueris a-
liquantisper latari in illis. Simile de eo qui accipit mu-
tuum: aut dispensatore qui bona heri sui dispensat: sed tan-
dem rationem reddere, & restituere cogitur. Explica ist-
hæc latius.

T H E.